

*me ipsum ; sed unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic . . . Unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet.* Nous croyons utile de reproduire ici, en grande partie, le commentaire de Corneille Lapierre sur ce texte :

« Dico ergo : *Proprium donum, castitatis nimirum conjugalis, virginalis, aut vidualis . . . Donum hoc dupliciter accipi potest. Primo, status ipse, v. g. matrimonii, cœlibatus, religiosis. Secundo, gratia necessaria et propria huic vel illi statui.*

« Si primo modo sumas, tunc donum cuiusque proprium est a Deo, sed materialiter : quia donum id, quod quisque elegit et sibi proprium fecit, est etiam a Deo. Deus enim conjugium, cœlibatum, aliosque status vel per se, vel per Ecclesiam instituit, et *volenti hunc illumve amplexi*, hunc illumve tribuit et concedit ; atque sic proprium donum quisque habet partim ex Deo, partim ex se et suo voluntario amplexu. Nam proprie et formaliter, quod donum illud huic vel illi sit proprium, saep est a libera electione : potest tamen eatenus dici a Deo esse, quatenus omnis directio causarum secundarum et omnis boni providentia est a Deo. Deus enim communi sua providentia dirigit quemque per parentes, socios, confessarios, praeceptrores, et alias occasiones et causas secundas, quibus fit ut hic matrimonio, ille sacerdotio addicat, sed libere . . . Potuisset dicere Apostolus : *Quisque proprium statum habet ex se, quem sua libertate elegit.* Maluit tamen dicere : *Quique proprium donum habet ex Deo, quia vult conjugatos consolari . . .*

« Secundo, potest hoc donum esse gratia propria cuique statui : aliam enim gratiam requirunt conjuges, ut in fide conjugali ; aliam virginis, ut in virginitate vivant ; et haec gratia propria cuique formaliter est a Deo ; quia *posito quod elegeris statum certum*, v. g. matrimonii, aut cœlibatus, Deus dat tibi gratiam et donum proprium illi statui, ut in eo recte vivere possis, si velis. Hoc enim spectat ad rectam et ordinatam Dei, providentiam ut cum noluerit singulis statum certum praescribere, sed *status electionem*, uti et alia pleraque hominis arbitrio et electi.oni reliquerit ; ubi is elegerit eum, hominem non deserat, sed gratiam illi statui necessariam ad honeste vivendum ipsi tribuat . . . Hoc modo sensus illius loci : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo*, est quasi diceret :